

Quae tamen dubia magis in nescio quo a priori fundari videntur quam in studio litterario et psychologico ipsius Ioannis. Si enim in reliquo evangelio siletur "Verbum," qui Verbum est minime silet sed continuo fere vel loquitur solus vel colloquitur (e. g., Io 1, 38-51; 3, 3-31; 4, 7-38; 5, 17-47; 6, 26-71; 7, 16-23.33-39; 8, 12-18.21-59; 9, 3-7.35-41; 10, 2-18.25-38; 11, 4-43; 12, 23-36.44-50; 13, 7 ad 17, 26). Quem loquentem, colloquentem, agentem et patientem nominat evangelii auctor Iesum, Dominum, haud nominaret auctor vel "Verbum" vel "Verbum caro factum" vel "Verbum vitae", tum quia evangelium scribebat de Iesu, Domino, Filio Dei, Filio hominis, Filio Ioseph, Filio (sine addito), Christo

Primo, ergo, dici potest quod, si in reliquo evangelio tacetur Verbum, Verbum tamen minime tacet, sed per p maximam evangelii partem vel colloquitur vel solus loquitur (Io 1, 38-51; 2, 4.7.16.19; 3, 3-31; 4, 7-38.48.50; 5, 6.8.17-47; 6, 5.10.26-71; 7, 6, 16-23.33-39; 8, 10.12-18.21-59; 9, 3-7; 35-41; 10, 2-18.25-38; 11, 4-43; 12, 7.23-36. 44-50; 13, 7 ad 17, 26). Praeterea, haud immisceri potuit nomen, Verbum, cum aliis nominibus aliunde notis, puta, Iesum, Dominum, Filium Filium Ioseph, Filium hominis, Filium Dei, Filium (sine addito), Christum. Neque forte habuit Ioannes sermonem in quo Iesus ipse se nominavit Verbum, sicut se nominavit panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, pastorem bonum, resurrectionem et vitam, viam et veritatem et vitam, vitam veram. Quod si interdum Ioannes suas addebat reflectiones (e. g., Io 12, 37-43; 20, 30-31), non ideo constat eum praetermississe occasionem ~~annuuntiam~~ idem repetendi nomen quod in prologo adhibuerit. Quantum denique ad psychologiam huius auctoris attinet, dicendus esse videtur ita ad res attendere

Quae quidem fecit Paraclitus tum aliter tum per evangelium Ioannis, qui clarissime docuit tum incredulos peccasse, tum iustum esse Filium qui eo rediit unde prius erat, tum principem huius mundi tenebris esse obvolutum, mendacis esse dicitum, odii et homicidii esse patrem.

9. Verbum incarnatum et verbum evangelicum.

Dixerit tamen quispiam nos quidem realem similitudinem, continuitatem, connexionem stabilisse inter Verbum incarnatum et evangelicum verbum, sed connexionem verbalem, litterariam, psychologiam praeterisse.

Verum scilicet est evangelii verbum foras sonans significare et idem intus manens esse veritatem existentialem et interpersonalem. Verum etiam est unigenitum Filium esse id ipsum quod doceat et communicet.

Primo, circa omissionem tituli, Verbum, in reliquo evangelio, animadvertendum est titulos ibi adhibitos duplicis esse generis: alios aliunde notos, puta, Iesum, Dominum, Filium Ioseph, Filium hominis, Filium Dei, Filium (sine addito), Christum; alios autem ab ipso Filio pronuntiatos, puta, panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, bonum pastorem, resurrectionem et vitam, viam et veritatem et vitam, vitam veram. Quibus non sine ratione immiscere noluit Ioannes nomen, Verbum, tum quia non erat titulus communiter notus, tum quia vitam, vitam veram. Quibus non immiscetur nomen, Verbum, vitam, vitam veram.